



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

De Divitiis Et Auri Radio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

## AD NOBILITATEM.

Nobilitas, si nobilitas tua stemmata, pulchra es!  
Nobilitate, animi nobilitate, genus!

II. HUMANÆ BEATITUDINIS RADIUS  
*EX AVRO.*VEN. ARNESTI INGENTES DIVITIÆ, ET  
PAR BENEFICENTIA.

*Aureus fluvius Arnestus ob divitias liberales.* **D**Epinge *Fluvium* auriferum ex montibus aureis, seu aurifodinis, prorumpentem, & aureas arenas ac gemmas videntem ( qualis *Watava* apud nos est ) hic dives *Fluvius*, plurimas urbes & oppida innumeris erroribus alluat, cui *Fluvio* inscribes: *Errando prodeesse volo.*

*Philofr. in Vita Apollon. lib. 5. c. 9. & 10.* **F**luvium beneficentiae typum esse quis non videt ? qui cum præterea aureas arenas vihat, est *dives in omnes*, novoque & auro beneficio commendatur. Nilum *Ægypti craterem* Veteres appellârunt ; & *Vespasianus*, non malus Imperator, ad *Ægyptios* oppressos, *ex me*, inquit, *atq. ex Nilo haurite !* quo dicto mirificè miseros recreavit. Porro observatum est, *Fluvios auriferos* sape in aurifodinis nasci, atque ibi suos quasi fluctus inaurare, aureasque arenas volvere, & elucere ; quod, authore Plinio, probatissimum est Auri genus. Fluctus colorari dubium nemini esse potest ; vide quæ de flumine Croceo Sinicus Atlas scripsit ; & de Nilo, *latèq. colorat aquora*, cecinit Catullus. Talis igitur *VEN. Princeps Arnestus*, cuius hæc imago. Hic, velut aurifer fluvius, aurum potabile populis propinabat, ab eo toties sublevata, fame moriens *Bohemia*, est, quam universam benefaciendo peragrabat, ut errando prodesset, cum *Arnestum* currus onusti pecunijs & panibus sequerentur. Sed de ejus infinita propè liberalitate jam pridem egimus, nec vacat repetere !

*Divitiarum contemnus vera sunt dignitatis.*

## DE DIVITIIS ET AURI RADIO.

**A**uro pretium hominum estimatio dedit ; itaque etiam pectet

test auferre: auferunt qui non æstimant. Et sanè neque bonum, neque malum, aurum & divitiæ sunt, sed ex possidente, & bono usu, bonitatem, aut ex malo malitiam trahunt. *Uſus*, divitiarum divitiæ sunt, & æstimantur ob usum; qui autum condit, cum auro pretium quoque ejus abscondit. Poteſt igitur inter medios theſauros ſedere Paupertas. Quid enim pauper ab avaro divite diſſert? proximâ etiam fælicitate hic infælicior, quia auti pericula & curas habet, auri gaudium non habet. *Beatitudo non eſt, qua ſe beatam neſcit; nes dives, qui ſe divitem non putat.* Desideramus enim, quæ non habemus. Hinc animus, non arca, dives eſt; & divitiæ ſunt Virorum, non Viri divitiarum. Avazros Fortuna *Draconum* & *Gryphium* loco habet, qui ſervant theſauros ijs; quos ipsa deſtinavit: tantum habent, quantum expendunt. *Arneſtus* Præſul liberaliſſimus, cùm auro velut fluvius exundaret, vicit opes animo, & velut divitiarum *Devs* habebatur, quia ſemper poſſet; ſempérque vellet donare. Ad eum, velut ad *aureum milliare*, viæ pauperum omnes tendebant. Illúdque mi- rabile in *Arneſto* notavit Antiquitas, quòd post tantas Ædifica- tiones, Fundationes Ecclesiarum, Cœnobiorum dotations, & immensam in pauperes ſuos liberalitatem, plura tamen denū haberet, quæ daret. Aurtum ſpontè ibat ad aurum, & uno ramo *Parus Berinus* avulſo alter *aureus* apparebat. Habeat igitur ſuum *Equum ar-* in Tab. Gra- graph. *genteum Cutna*, habeat *aureum Gilovia*, *Aureum Principem*, non *Hagtk,* *Equum* (*Arneſti inſigne*) virtus Cœlo donavit, cùm *Arneſtum* C. Dornav. in Principe Iu- ventutis, inſig-.

## III. HUMANÆ BEATITUDINIS RADIUS

CRYSTALLINEVS.

VEN. ARN. SCIENTIIS OMNIBUS EXCULTISSIMUS.

**S** peculum, ex lucidissima gemma *Crystallo* confeſtum, propōno; *Symbolum* ſante quod tabulam coeli & terræ conſtituo, quām nimirum ſcientiæ in *Arneſto Cry-* tabulam repræſentat *Crystallus*. Inſcribe deinde hæmifichium: *stellus*. *Quod ſpeculator, capio.*

Doctorum hominum ſpeculationes, &amp; Curæ eruditæ, ſpe-

Ggg. 2 culæ